

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput VII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

campus frondibus alit. *Leo Aphric.* l. 3. Vitæ terminum centesimus annus claudit, aëris insolentia si non contraxerit mortbum. *Plin.* Indis ad cursum fetivunt, si Philostrato credimus, nec supra vires est, mille stadium una die confidere iter. At genus illud, quod *Ragnail* apud Afros dicitur, centum passuum absolvit milia, modico viatu per octo dies iter perpetuans. Cum matre nunquam illis res. Cum pastor ad obtemperam admisisset, detecta adeo exarsit, ut eum obtriverit, se egerit præcipitem, *Arist. in admir.* Dociles esse docuerunt exempla. Si quando inter Aethiopiam & Barbariam solito diutius dici protrahitur iter, parcunt defessis flagro: at certa cantilena in tantum concitantur cursum, ut difficultas sit assequi. Visus Alcairii, ad tympani saltare sonum, mito edoctus modo. Iuvenculus quippe in hypocaustum introducitur, cujus pavimentum, igneum imbibit calorem. Pulsatur præ fortibus tympanum, caloris his gratia alterum pedem erigit; continuato per annum exercitio ita assuevit, ut publico datus, calidi pavimenti memoria, ad sonum tympani pedes erigat, & saltare videatur. *Leo Aphric.* In terra Gigantum animal est, capice, auriculis, collo Mula, corpore Cameli, cauda Equi. Altitudo illi pedum sex, longitudo quinque, collum Cygneo colore candidissimum. Advectum anno 1558. Middelburgum Zelandiæ, ovis dicebatur Indica, *Allo Camelum* nuncupavit in Exercitat. *Scaliger.*

CAPUT VII.

DE CAPRA.

Tradunt noctu non minus cernere capras, quam die. Ideo captivo jecore, si vescantur nyctalopæ vespertino restituuntur visui. Et auribus & naribus respirant, si pastoribus credimus. Philes signum addit, quia naso obstructo nil offenduntur. *Aelian.* Avertæ jacent in pascuis Sole in occasum declivi, adversa aliis horis, & inter cognitiores. Cornu caprinum capi.

piti infirmi suppositum, somnum illi conciliat; rasum cum melle ventris fluxum sistit; adustum lethargicos excitat. In Aegypto quinos foetus parere dicuntur. In causa est Nili aqua, quæ sterilibus & inopibus lactis propinatur. Syrii revolutionem indicant. Nam quoties cum Sole oritur, in ortum conversæ respiciunt. Plutarch. In Africæ parte tonsiles sunt, & ex villis eorum fiant rudentes: pluvias præsentient Lybicæ. Nam ut extra Caprile processerunt, concitato cursu ad passionem accidunt, mox ad stabulum convertuntur. Elian. Gymanteæ sex non bibunt mensibus, sed mare intuentes, ore hiantes auras excipiunt, inde levatur fatis. Mambriva fert equitantem, sellam & frenum admittit; ad terram illi auricula demissæ, cornua revoluta sub ore: Gesn. l. 1. Quadrup. Sylvestres in Lybia boum commemorantur magnitudine, tam agiles, ut in distantissima saliant cacumina, tanta membrorum duritie, ut nec frangant cornua, nec caput diminuant delapse. Elian. l. 14. c. 16.

CAPUT VIII. DE CASTORE & COLO.

MORSU potentissimum *Castor* animal est, non prius concursum laxat dentium, quam ossa concrepuisse audiverit. Plin. Anseris illi posteriores pedes, simiæ priores. Squammoso corio præpinguis tegitur cauda, gubernaculi vice pisces cum persequitur. Noctu prodit ex latibulis, & amputatis arborum ramis circa fluvios, casas cum superiore tabulato construit, in his crescente aqua habitat. Albert. Resecti, maxime placent, uni resupinato inter crura deponuntur. Compunit hic ne dilabuntur, cauda ad casas trahunt reliqui. *Colus* quadrupes fera, est apud Scythas & Sarmatas, magnitudine inter cervum & arietem. Albitat corpore, cursu valet. Natibus potum ad caput trahit, per aliquot dies retinet, adeo ut per carentes aquis agros pabulum facile carpat. Strab. l. 7. Obam-